1740

Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Atque sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Stadnicki Kowalskim Coniugibus Scriptum roborat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Gene-
144 rosus Victorinus de Zmigrod Stadnicki Subdapifer Terrae Belzensis sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni, quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, Bonisque suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Generosae Teresiae de Tomistanice Consortis suae legitimae, pro cuius ratihabitione cavet, et se praesenti inscribit nomine, se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus Scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Generosorum Martini Kowalski et Catharinae Marszewiczowna Coniugum Legitimorum, ratione certarum rerum et conditionum in eodem Scripto manuali contentarum de Actu et Data hic Praemysliae Die hesterna Actum praesentem tangentis proxime praecedente, nempe Feria Quinta in Crastino Festi Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae Anno praesenti, Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo, confectum conscriptum et datum manu sui Recogno-

scentis propria subscriptum, in omnibus et singulis eiusdem scripti manualis Condi[ti]onibus, punctis, clausulis, articulis, Vadiis, ligamentis, ac nexibus in Vniuersum omnibus eisdem Gnosis Kowalskim Coniugibus ipsorumq Posteris firmiter tenere, complere, exequi, ac inuiolabiliter obseruare, omnibusq et singulis eiusdem scripti manualis contentis, tam in toto quam in quacunq minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere. Scriptum praefatum Manuale ad Inscriptione praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictum scriptum manuale vicissim in toto referendo, Idq sub Vadio summae Duorum Millium Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Generosum Victorinum de Zmigrod Stadnicki Subdapiferum Terrae Belzensis vel eius Successores supramemoratis Gnosis Kowalskim Coniugibus, vel eorum Posteris ob non completionem contentorum scripti praefati manualis omnium et singulorum tam in toto, quam in parte, toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendi. Nihilominus idem suprascriptus Recognoscens Generosus Victorinus de Zmigrod Stadnicki Subdapifer Terrae Belzensis se ac suosq Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniariis quibusuis habitis et habendis praenominatis Gnosis Kowalskim Coniugibus inscribit et obligat praesentibus, supramemoratam Generosam Theresiam de Tomislawice sui Recognoscentis Consortem legitimam, cum personali sui Recognoscentis assistentia, vel in euentu Mortis Successores suos ad approbandam per ipsam Inscriptionem praesentem Roboratoriam vel similem suo pro interesse faciendam. Ad Acta quaeuis Authentica Regni Vim perpetuitatis in se habentia intra decursum sex septima-

1748 narum adducere et personaliter statuere, ab eaq vel eius Successoribus et praemissa debite exequantur efficere. Idq sub alio simili secretius et speciali Vadio ducenorum Duorum Millium Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Gnosum Victorinum de Zmigrod Stadnicki Subdapiferum Terrae Belzensis sive eius Successores suprascriptis Gnosis Kowalskim Coniugibus ob non statutionem suprascripta Gnosa Teressia de Temislawice sui Recognoscentis Consortis statuendae vel in eventu mortis Successorum eius ad exequenda praemissa pro tempore et loco superius expressis ad solvendumq succumbendo Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad Vsl. bus quidem succubitis, ac pro re aliqua principali ex conventis scripti eiusdem Manualis non completa complenda, Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Victorinus de Zmigrod Stadnicki Subdapiferus Terrae Belzensis sive eius Successores ad instantiam suprascriptorum Gnosorum Martini Kowalski et Catharinae Marszewiczowna Coniugum Legitimorum vel eorum Posterorum ad Iudicium et Officium quodvis Regni, sive etiam specialiter ad Iudicium Terrestre, sive Officium Castrense Capitaneale Belzensia ad quod prius ex ipsis citabitur, ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium vel Vadia praefata Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper perem-

ptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad Munimenta, ad Quictorem, vel aliis quibusvis Dillationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Judicii vel Officii cuiusvis Regni sive etiam specialiter Judicii Terrestris vel Castrensis Capitanealis Belzensium Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasq Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Rebus simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalibus Juris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque, ac aliis omnibus Juris remediis, et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Ciołek Poniatowski Lasocińey Debet. 144

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Gnosus Ignatius Ciołek Poniatowski, olim Gnosi Adami Ciołek Poniatowski filius, Sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quoad Actum hunc attinet se cum Successoribus Bonisq suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq subiiciendo, palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Gnosae Agneti Chrząszczowna Generosi Alexandri Lasota Consorti legitimae, eiusq Posteris, summam Quingentorum Florenorum Polonicalium monetae et numeri in Regno currentis, quemlibet Florenum Grossis Triginta Polonicalibus computando et numerando